



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

55 Subrogatus frui debet praerogativis ejus, in cuius locum subrogatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

183. num. 3. tamen dictæ coadjutoriz non cadunt sub dicta constitutione de publicandis resignationibus, ut infra demonstrabitur.

¶ Causa enim † fundamentalis constitutionis de publicandis' resignationibus, fuit ad prohibendas simulatas, occultavè beneficiorum ecclesiasticorum resignationes, ut verba ejusdem constitutionis sonant in proemio, quod inducit causam finalem, l. fin. ff. de hæred. institu. & Jas. post alios per ipsum citatos in l. si pacto, quo penam. num. 14. C. de pæct. § 1 proemii autem ratio † adeo est potens, quod sicut corpus ab anima, ita dispositio ab ipsa ratione proemiali regulatur, Jas. en l. qui quadrageinta, num. 2. ff. ad Trebell. & Gomes. de anna. poss. q. 1. num. 2. Ideo cum cessat ratio proemialis in coadjutoriis, quæ simulate, vel occulte fieri non posseant, non habet locum dicta constitutione, † quia constitutionis causa, vel ratio de cessante, cessat constitutio, cap. cum cessante, de appell. & Tiraq. in tract. eff. cauf. par. i. num. 53.

Præterea constitutio loquitur de resignationibus quibuscumque, tam simpli- cibus, quam permutationis, vel quavis alia causa, etiam per jurium cessionem, & de beneficiis litigiosis factis, non tamen loquitur de coadjutoriis, † & à verbis legis non est recedendum, etiam, si lex sit per quam dura, cap. in memoriam 19. dist. & l. prospexit, ff. qui, & à quibus. Nam dicta constitutio est penalis, & in penali- bus non sit extensio, cap. oīia. de reg. jur. in 6. coadjutoria enim † beneficiorum, non potest propriè dici resignation, licet formam resignationis repræsentet, Rot. in noviss. par. 3. lib. 3. decis. 10. num. 3.

Coadjutoriz enim celari non possunt, cùm coadjutor in choro, loco coadjuti, publice inserviat, & dubitatur, an in sede coadjuti, aut alia, sedere debeat, cùm autem coadjutor repræsentet personam coadjuti, † & subrogatus regulariter eidem prærogativis frui debeat, quibus fruitur coadjutus, in cuius locum subro- gatur, cap. Ecclesia Sanctæ Marie, il primo junct. gloss. ut lit. pend. l. si eum §. qui in- juriarum. ff. si quis cau. l. filia sua, §. Titla ff. de condit. & demonstr. l. in duobus, §. l. ff. jurejuran. & Bar. in l. i. §. hi quibus nu- 2. ff. de leg. 3. videtur, quod sedem ejus, in cuius locum fuit subrogatus, habere debeat, tamen dicta regula, quod subro- gatus frui debeat prærogativis ejus, in cuius locum subrogatur, non habet lo- cum hoc casu, quo ad sedem.

Dantur enim tres gradus † inter cano- nicos, quorum primus est presbyterorum, secundus diaconorum, & tertius subdiaconorum, concil. Trident. in cap. 12. §. in omnibus verò, de reformat. sess 24. prout etiam Cardinalium gradus est tri- partitus in Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, de quibus supra, cap. 2. num. 3. par. 1. Ideo, † aut canonici sine dispa- ritate sunt omnes in uno, & eodem ordine, aut in diversis ordinibus distin- guuntur: primo casu coadjutor in ulti- mo loco debet installari; ex infra dicen- dis. Si verò datur coadjutor canonico, qui sit in ordine sacerdotali, & primus in ordine, vel secundus, tunc ante alios in- ferioris, nemp̄ diaconalis, & subdiacon- alis gradus coadjutor sedere debet, sed inter presbyteros primam, aut secundam sedem, in qua sedebat coadjutus, habere non potest, licet alios inferioris gradus prece-